

lium, cohibet auribus infusa, manans pus supprimit: decoctaq; in calyce mali punicis earum vermiculos abigit. Pugni impubis resorpta urina, orthopnoicis auxiliatur: decocta in æreo vase cum melle emendat cicatrices, argema, caliginisq; ex ea & cupro, idoneum auri ferrumen conficitur. Quod in urina subsedit, illitu ignem sacrum mitigat: fervefactū cū cyprino, inditumq; vulvæ dolores mulcet, strangulatus levat, genas deterget, oculorū cicatrices expurgat. Taurina si cū myrrha instilletur, aurium dolores lenit. Aprina viribus iisdē prædita est: privatum cōminuit vesicæ calculos,

A & potu expellit. Caprina ad aquam quæ cutem subuit, cum nardi spica quotidie binis cyathis cū aqua bibitur, urinamq; per alvū extrahit: aurium doloribus instillata medetur. Asinina traditur renum vitis mederi. Lycnis urinā, quam lyncurium appellant, simulac excernitur, glaciati coirève in calculi duritiam vulgò creditum est, quare quod de ea proditum est, vanum esse convincitur. Est enim, quod à nonnullis vocatur succinum pterygophoron, ideo dictum, quod pennas ad se alluciat. Id potum ex aqua, stomacho, alvoq; fluxione laboranti convenit. *Dioscorides.*

De Excrementis tertiæ coctionis, Sectio XXX.

SUBOR omnis malus est, præsertim equi, asini & muli. * Si quidē potus, viridē tumidamq; reddat faciem; sudorem fetidum in universū excitat corpus, præsertim sub alis. Perturbat præterea tum vētriculum, tum alvum universam, gentis excitatisq; flatibus in intestinis. Quod si bibatur ex vino, delirium facit. *Matthioli.*

STRIGEMENTA à balneis, calefaciunt, molliunt, discutiunt: ad sedis rimas & condylomata illinuntur. Illa verò quæ ex palæstris pulverem sibi asciverunt, in sordis speciem redacta, articularum nodos imposita adjuvant: sic hiaditis in foratus, aut malagmaris locum, calida cōmune luficiuntur. Dersaæ gymnastorum partibus, stimula lacrisq; sordes calefaciunt: tubercula quæ agrè ad coctionem producuntur, dissipant: desquamatis, & ulceribus antiqus præstunt. *Dioscorides.*

MOSCUS, excrementum est ejusdam animalis, certo anni tempore circa ejus umbilicum veluti in tumore quemdam concretum. Melior est Orientalis, subflavus. Adulteratur, quemadmodum & cætera, quæ rara sunt: sed ex colore, odore & sapore dignoscitur, præterea etiam ex pondere: nam multa admiscuntur in eo adulterando. Verum cui sincerum & verum experientia cognitum est, ex his notis facile fucum deprehendet. Servatur melius pyxide plumbea, cætra obturata per se. Excalfacit ordine secundo, siccat verò tertio. * Cor frigidum ac tremulum roborat, & omnibus ipsius affectibus opem præstat potus atq; illitus. Deterget tenues oculorum albugines, & humiditas de fluxiones exicat: cerebrum roborat, & diuturnum capitis dolorem mulcet, si tamen è pituitæ redundantia proveniat. Coles ex eo cicino oleo macerato perunctus, promptius in Venere excitatur. *Matthioli ex Ruellio, ex Medici Florentini.*

OSYPUS, est succidarum lanarum pinguitudo, quam vulgò hyssopum humidam appellat: ejus parandi ratio hæc est. Succidat lanæ molles è collo feminibusque aqua fervente macerantur, in eaque lavantur, donec sordibus benè expressis purgatæ extrahantur: deinde aqua magno impetu lignea rude agitur: aut vasculo ex-

cepta in aliam ex alto infunditur, quò largius sordida spuma supernatet: qua dissoluta, pingue supernatans aqua excipitur: rursus aqua agitur, pingueque excipitur: & hoc deinceps tantisper fieri debet, dum consumpta pinguitudine, nihil prorsus spumæ extet. Collecta pinguitudo agitur, & aqua pura respergitur, perpetuoq; ad Solem manibus miscetur, donec candida spectetur, & aquam non amplius inficiat: tum in fictili vase densò & benè cocto reconditur, & in cella locove frigido reponitur. * Emollit, resolvit, calefacit, dolores sedat. *Medici Florentini ex Dioscoride.*

SVOLIUM SERPENTIS, seu senectus anguim * in vino decocta, dolori aurium, infusa, & dentium collutione auxilio est. Addunt eam in medicamenta oculorum, sed præcipuè viperinam. *Dioscorides.*

ZIBETTUM in exteriori testiculorū utriculo ejusdam animalis, feli, qui veteribus ædificiorum ruinas oberrat, non ab similibus. Catos hæc animalia vocant, quos sæpius Venetiis vidi ex Syria delatos. Est autem Zibettum, tanquam sudor inter hujusce animalis testiculos concretescens, calida humidatq; facultatis. Id cavernulæ umbilici impositum, vulvæ strangulationibus mirificè prodest: proinde nec mirum est, si eo viri peni circumlito magnum mulieribus in coitu afferant solatium. *Matthioli.*

ASPIDIS exuvium tritum cum melle, suffusionibus multum conducit, si oculis illinatur. Sed præter id, visum acutissimum reddit. *Galenus.*

LAPILLI in bovis ventriculo mense Martio inventi, si assumantur cum vino albo, calculum solvunt. Experientia sæpius comprobatum.

LAPILLUS in vesica fellis tauri mense Majo inventus, qui si vino imponatur, colorem croceum, mutato paululum sapore, contrahit. De hoc vino quotidie recenti affuso singulis diebus ægri bibant, donec lapis vino impositus omnino consumptus sit. Hac ratione calculum comminui, & tandem consumi, experientia multis constat. *Quæ-*

ERANUS.